

parricidis, fundere. Post gloriosum filij sui ascensum, quamdiu supervixit in terris, nascentem alebat, confirmabat Ecclesiam : alebat verbo & prece, confirmabat exemplo. Multa principibus ecclesiæ & rectoribus edifferebat fidei mysteria, quæ uberiore lumine in spiritûs Sancti adventu cognoverat. multa difficillima ad praxin, quæ primis illis ecclesiæ temporibus omnino perplexis occurrebant, enodabat : multas indicabat artes Satoribus Evangelij, quibus in locis præcipuè sterilibus messem facerent ampliozem. Sed omnia hæc tali moderatione, ut non docere sed discere ab omnibus videretur. Erat præcipua ejus